

... non sine pernicie hoc exemplum de Ptolomaeo in posteritatem processurum, quoniam fieri possit, ut reges alienentur a fide ac societate. Sed ut omnem auctoritatem Clodianae rogationis everteret, *per tribunum aliquem et*
 5 *sescentas operas* inquit, quo manifestius sit de hoc non populum Romanum iudicasse, sed factionem quandam perditorum.

M. Catonis.

§ 60.

Et de hoc dictum est, qui legatus Cyprum fuerat,
 10 *quorum publicarentur.

Quae et in tempestate saeva quieta est et lucet in tenebris.

..., quoniam de Catone loquitur, Stoicae sectae viro. Dicit ergo virtutem nullius iniuriae vel contumeliae sensum
 15 summittere, cum sit ab omnibus fortunae incursibus libera.

Quasi vero ille non in alias quoque leges § 61. iuraverit.

... discutere voluit, qua dici poterat: adeo probavit
 20 rogationem Claudiam de bonis Ptolomaei publicandis M. Cato, ut consenserit in legationem. Temporibus obsecutus est, non aliter quam fecerat, cum in leges quasdam iuraret, quae illi displicuerant. Significat autem Iulias C. Caesaris leges, in quas cum diu perseverasset